



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXII.**

6 Februarij. 8 Idus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**



6 Februarij. 8 Idus.

B. GUARINE: qui à juventute pe- *Electus*  
ricula mundi fugiens, inter alpes *anno*  
militiae Benedictinæ nomen dedisti. 1138.  
in qua tam strenuè progressus es; ut  
cùm præter eruditionem sumimæ in te  
virtutes elucescerent, è gregario mili-  
te in Ducem cooptatus fueris. Crevit  
cum honore insatiabilis ardor, semper  
in melius proficiendi; quem postquam  
tui quoque ex te hausere: communi S.  
Regulæ observantia non contentus;  
urgente desiderio altioris in perfectio-  
ne gradus, Cœnobium tuum sacræ  
Congregationi Cisterciensi, sub cura,  
& directione Melliflui P. BERNARDI,  
inseruisti. Quod tuum laudabile  
factum sanctus Doctor, inter alia tua  
encomia, his verbis deprædicat. [ Un-  
de, inquit, tantus ardor renovandi Or-  
dinis; nisi ex renovatione mentis? Sic  
bonus homo de bono thesauro cordis  
sui profert bona: sic arbor bona bonos  
fructus facit. Primi, & purissimi fru-  
ctus tui. Sed quenam arbor hos protu-  
lit, nisi puritas cordis?... Jam seni re-  
quies, jam corona debebatur emerito.  
Et ecce, tanquam novus Christi miles,

*Cisterci-*  
*ensibus*

*se ag-*

*gregat.*

*à S. Ber-*  
*nardo*

*lauda-*

*tur.*

nova iterum tibi excitas bella: provocas adversarium, & rem fortium præsumis, fessus senex. Vincit annos animus; & frigente jam corpore, fervet sanctum in corde desiderium. &c.] Nec solum habuisti BERNARDUM tuæ sanctimonie admiratorem. Nam paucis post suscepimus Cistercium annis te Sedunensis Ecclesia ad suam cathedrā rapuit. Quam dignitatem veluti ad solum BERNARDI imperium admisi: ita per ea virtutum ornamenta administrasti, quæ Præfulem omnibus numeris absolutum condecorant.

In apice tandem ætatis & meritorum asumptus es ad recipiendam Bono Pastori debitam in cœlis mercedem.

*Errantem me, sicut ovis quæ perirent, rogo Ovis autem ad virtutum pascuare donec: fac, ut vocem dicitur vocem pastoris Boni Jesu mei audiens, per omnia sequar: ne me errantem deprehendat lupus infernalis: sed tandem inter oves elephas audiam suavissimam Pastoris vocem. Venite Benedicti &c.*

S. BERNARDUS, serm. de trip. jud.

*Providentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Tribus siquidem modis bona providemus coram hominibus: id est habitu, acti-*

one

one, sermone. Habitu, ne sit notabilis;  
actione, ne sit reprehensibilis; sermo-  
ne, ne sit contemptibilis.



7 Februarij. 7 Idus.

BENIVARDE, Magni Patriarchæ *Floruit*  
BERNARDI frater sanguine, Re- *anno*  
ligione fili: qui à sancta parente tua in 1160,  
ipso vitæ exordio Divinæ tutelæ do-  
natus & consecratus, innocentissimè  
primos pueritie años percurristi. Cùm  
reliqui fratres tui BERNARDO duce  
Cistercium properantes, tibi uni pater-  
næ hereditatis bona se relinquere dice- *sapiens*  
rent; minimè pueriliter ijsdem respon- *pueri*  
disti: Non ex æquo dividi assen; dum *dictum*  
illi cœlum raperent, te terræ scriberent  
heredem. Quare hac sorte nequaquam  
contentus, mox ut per aetatem licuit,  
fratres secutus, eos sublimis sanctimo-  
niæ spiritus à BERNARDO imbibisti;  
qui deinde totam Hispaniam impleve-  
runt. Æterna virtutum tuarum mo-  
numenta istis adhuc temporibus splen-  
descunt: præsertim in augustissimo de  
Spina monasterio: in quo, juxta san-  
ctissimi germani vaticinium, corporis  
mortalis sarcinam deposuisti. *Tangatur*